

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata**

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex  
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

**Arias Montano, Benito**

**Antverpiæ, 1589**

Psalmvs CXL. Eripe me Domine ab homine malo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44993**

208

## PSALMORVM

- 20 **A**stu occulta tibi dicere qui solent.  
Hostes vana ferunt tui.
- 21 **O**sores penitus non amo ego tuos  
IAS, ait odiis prosequor omnibus,
- 22 **C**ontendo iis quibus & propositum insolens  
In te insurgere nascitur.
- 23 **E**xtrimo inquam odio hos odi ego, sunt mihi  
Hostes oppositi, me penitus, precor,  
**N**oris FORTIS, & hoc sic tibi cognitum  
Cor redde, atque animum meum.
- 24 **M**entis densa mea mille periculis  
Expertus videoas num mihi sit via  
**O**ffensa; ipse mihi duxque praei, agnita  
Mundi atque are iube via.

PSALMVS CXL.

Eripe me Domine ab homine malo.

## DEI IUDICIVM INTEGRIMVM.

1 Ad praestantem Psalmus Dauid.

Carmen Tricolon Tetrastrophen.

- 2 **I**AS scelesto me ex homine eripe,  
Iniurioso atque assere me viro:  
3 Qui corde voluentes maligna,  
Bella die experiuntur omni.
- 4 Serpentis instar linguam acuunt suam;  
Bilis draconis sub labiis latet
- 5 His VSQVE. Me custodiat IAH  
A manibus, precor, improbandi:  
Iniurioso atque assere me à viro,  
Curantibusque ut præcipitent mea
- 6 Vestigia. Abscondunt superbi  
M̄ laqueos terricosque funes.  
Et rete tendunt ad latus orbitæ,  
Atque VSQVE ponunt hi pedicas mihi.
- 7 Dico ipse at IAE, FORTIS es mi, in-  
tende mea precis ergo voci!
- 8 IAS salutis præsidium meæ  
Notum mihi extas, ô HERE, tu caput  
Hoc protegebas, quo die me  
Arma trucis petiere pugnae.
- 9 IAS cupita haud cesseris improbo,  
Astutiam néve illius efferas:
- 10 Tollentur VSQVE, at me ambientum  
E labiis caput obteget fraus.

xi Et

## LIBER V.

209

- 11 Et carbo in illos dissiliet frequens,  
Vrentem in ignem hos coniiciet, cauaz  
Non restituros inque fossas,  
Sistere nec penitus valentes.
- 12 Terra in iacente haud prosper & editus.  
Linguosus ullus constiterit, mala  
Iniuriosum sed frequens fraus  
Præcipitem dabit in pericla.
- 13 IAS misello (sat scio) iudicem,  
Acquumique egenis se feret arbitrum;
- 14 Rectique coram te sedentes  
Nominiis esse tui hoc probabunt.

PSALM. CXL I.  
Ad te Domine clamaui.

## SIMPLICITATIS ASSERTORI

DEO DIC.

Psalmus David.

## Carmen Tricolon Tetrasphophon.

- 1 IAS vocanti te mihi ades citò,  
Attende voci, dum voco te, meæ;  
2 Suffitus atque ut gratus, hæc prex  
Missa tibi & bene certa constet,  
Dono mearum, quas tibi porrigo  
Palmas ut almo munere vesperis.
- 3 Placatus IAS pone custos  
Ore meo excubias fideles.  
Labris meis & ianua quæ paret,  
Qui obseruet addas, quique notet vigil.
- 4 Ad rem meum cor parce prauam  
Flectier, aut studium improbandum.  
Obliqua, neu me, qui mala agunt, viris  
Iungi relinquas; horum ego dulcibus  
Pasci cauebo sanguibusque  
Deliciis, fluido & sapore.
- 5 Me iustus imò pulset, id arbitror  
Munus benignum, carpat & increper;  
Id principale vnguentum in hoc si  
Deciderit, caput haud refringet.  
Vox nempe constat, imò etiam mea  
Vox constat inquam, dum video malis  
Istos laborantes misellis,  
Eripier cupio precorque.

O. 6 Labans.